

JOHANNIS BOTERI  
BENESII  
*DE*  
**RATIONE  
STATVS**  
*SIVE*  
**ILLVSTRIVM STATV  
ET POLITIA**  
*LIBRI DECEM*  
*Cum*  
*PRAEFATI ONE*  
**HERMANNI CONRINGII**  
Editio nova & correcta.  
*STYDIO*  
**LVD. GEORG. LVNDENII**  
HANNOVERANI.

32[0]25  
33

*HELMESTADII,*  
Typis & Sumtibus JOHANNIS HEITMULLERI  
Anno dicitur LXVI.






# HERMANNUS CONRINGIUS BENEVOLO LECTORI

S. P. D.



Agnitum est in Politicis magistris nomen JOHANNIS BOTERI: & quidem jure merito. Quod enim nemo alias magistrorum istorum post Aristotelem aggressus fuit, id primus feliciter satis expedivit: editis scilicet in lucem Illustrium quarumque xvi sui Rerum publicarum descriptionibus, idque non uno volumine. Etenim eodem pene tempore etiam sese hoc in genere prstantem Johannes Bodinus ostendit quidem: quoniam tamen ipsi Politicae doctrinæ omnia eiusmodi miscuit, ac plerumque per intempestive, eo ipso ut toti operi, ceteroquin non aspernando, obscuritatem induxit, ita non perinde justum fecit premium opera. Boterus autem suo illo libro & lectores longè plures invenit & admiratores, quod vel ex frequente libri cum editione tum varias in linguis versione deprehendere est. Quamvis enim etiam ille nullius reipublicæ omnia sit persecutus, imo ne potissimum quidem patiem (quam multa enim etiam alia ad plenam reipublicæ cuiusque singularis notitiam requirantur, suo loco, nisi fallor, satis est à nobis ostensum) neque



JOANNIS BOTERI  
DE ILLVSTRIVM STATV  
ET POLITIA,

L I B E R P R I M U S.

CAPUT I.

*Doctrina de Illustribus & eorum Politia quid  
in se complectatur.*

**P**receptiones de Illustrium virorum statu atque dominatione cognitionem & scientiam mediorum, quibus imperium exurgere, conservari & dilatari queat, coegerent atq; continent. Namvis autem omnis de universo hoc negotio doctrina in tribus illis partibus, quas modo præmisimus, vescetur, ad easque referenda sit, planum tamen evadit, præ ceteris Conservationem magis quam reliquias, & ex his iterum, Dilatationem, quam incunabula & primordia, doctrina hac contineri subintelligendasque venire. Argumentum ad manus est. Nam instituti nostri ratio principem aut ejus generis illustrem personam jam antè præsupponit. Propagatio vero & dilatio politiae alicujas aut imperii, non usque adeo necessario; primæva autem constitutio principem aut illustrem personam requirit nequaquam. Id quod res ipsa satis loquitur. Illud tamen interim sciendum, in primæva aliæjus imperii acquisitione ejusdemq; dilatatione maximum

A

essc